


**Ad Cultum Salvatori Nostro Jesu Christo, Viro Zemach, Zach. VI. olim adumbrato ac promisso, nunc Ante Millenarium sexque secula & LXXXIII. ann. In Carne manifestato, Pie devoteque exhibendum, Ipsa Natali Eius Die Omnes ac singulos Cives Academicos, quo fas est, studio ac humanitate**

Rostochii: Wepling, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742504204>

Druck Freier  Zugang





J. 512

—  
1683 Weiden

~~A 1256~~<sup>38</sup>.

1683 23

I. N. R. N. R.

*Ad*

CULTUM

SALVATORI NOSTRO,

JESU CHRISTO,  
VIRO ZEMACH,

Zach. VI. olim adumbrato ac promisso,

nunc

Ante Millenarium sexqve secula  
& LXXXIII. Ann.

In CARNE manifestato,

Piè devotèqve exhibendum,

Ipsà Natali Ejus Die

Omnes ac singulos *CIVES ACADEMICOS*, quò fas  
est, studiò ac humanitate

*excitat*

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

GOTTLOB FRIDE-

RICUS *SEIZMANN*

Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan,

Templi Catedral. Archidiacon. & apud Lipsient.

ad huc Ducalis Collegiatus,

ROSTOCHII, Prælo WEPLINGIANO, UNIVERS. TYPOGR.

M. 1256 38

1683

I. N. S. R. N. A!



Agni omnino momenti  
est ZACHARIANUM il-  
lud de VIRO ZEMACH  
(c. VI. à v. 9.) vaticinium,  
quod singulari modô ad-  
umbratum, proposuit non  
minus ac exposuit JEHO-  
VA Ipse, Dominantiũ DO-  
MINUS, unus ac solus verò

Deus. Magni, inquam, momenti est, magna  
referens, si umbram spectes; majora, si at-  
tendas, per illam umbram quæ significari de-  
buere. Umbram (ita Apostolus, Col. II,  
17, typos vocat) seu (uti B. Glassius vocem elo-  
quitur *Rhetor. sacr. p. 231.*) umbratilem, præ-  
missam ipsi rei, delineationem quod attinet, mi-  
rum sanè & inusitatum in oculis populi, nota-  
bile item ac magnum fuit, Prophetam ad fa-  
brilia tractanda se accingere, focoque constru-  
cto & folliculis adhibitis aurum liqvefacere &  
argentum, ducere id in laminas, tractare subinde  
malleo & in formam diadematis non sine arte ali-  
quã redigere: hac en. omnia peregisse eum ratio-  
ne non dubiũ est B. D. Cramer, *schol. Proph. Class III.*  
*expl. in h. l.* Neq; prætereundum penitus, à trans-  
migratione, per notũ Rhetoribus tropũ, pro trans-  
portatis & exulibus hæctenus Judæis, nunc in pa-

111-

triã reversis, positã, petum esse aurum illud  
ac argentum. quicquid en. & hic meditaris, non  
caruit mysterio, aut ut clarius paulo me expediam,  
ostensõ sub aliquã præfiguratione solatio non  
destitutum est. Nec sine causa coronam non u-  
nam saltim, sententiãq; Lutheri, duas distinctas, ela-  
boratas advertis; scilicet plusquam unam hæ  
notant officii dignitatem; Regiam puta; nam  
& Reges olim Coronas gestãsse in proparulo est;  
ac Sacerdotalem, nam & Sacerdotes summos or-  
nasse frontem quãdam laminã de aurõ purissimõ  
quæ loco coronæ erat, in Aarone, *Ex. XXVIII.*  
*36.* conspicuum est. Habet tandem etiam ipse  
impositionis honor uni Sacerdoti summo, Jehosu-  
æ exhibitus, eximii quid in recessu; nec est, cur al-  
terã Coronarũ huic fuisse, alteram Zorobabeli, Du-  
ci populi è captivitate, destinatam cum Christo-  
phoro Castro opinemur: ambas gestãsse Josuam  
ipsa præcipiens in textu vox indicat, cui inhæ-  
rendum. Hæc Umbra continet ac præsentatio;  
in quorum adplicatione varios variè versantes  
videas. Quantumvis enim veram declaratio-  
nem Authenticus Interpres Deus subjiciat, nec ta-  
men hæc absque torturis est inter tortores Scrip-  
turarum. Papæos si consulas ad triplicem Pon-  
tificis Rom. coronam stabiliendam h. l. illi abu-  
tuntur. Indigna sunt quæ prolixè iidem disse-  
runt

runt, ut afferamus hęc omnia; in compendio res  
tota sic habet: Credit Cornel. à Lapid. *in b. l.*  
Coronam, à Prophetâ elaboratam fuisse unam  
eamqve magnam, tripartitam tamen, quòd mo-  
re scripturarum plurari numerò sæpè res ingens  
ac magna indicari solet. Illa igitur sicut soli-  
us Jehosux Pontificis capiti tributa fuit & im-  
posita, sic privilegio non impari Rom. gaudere  
Papam, ob rationes, quas copiosas subjicit, ar-  
bitratur. Sed, decidente rem optimè B. Hülsem.  
*in Disp. quæ Ann. 41. Lips. ipsò præside hab. fuit,*  
vane omninò & insane! cum, quantum lux dif-  
fert à tenebris, quantum perfectus partus ab  
horrendo & informi monstro, tantum quoque  
abeat divino jussu instituta Jehosux coronatio,  
ab eâ, quam ab asseclis suis citra illum satis te-  
mere Papa impetrat: vid. ipsam disp. *M. II. Theo-  
rem. I. ubi & argumentis ceteris respondetur.*  
**Recte Poëta:**

*Papa, suâ triplicem præ tendens fronte coronam,  
Imperium cæli & terræ sibi sumit & orci.*

Absit ergo vana Papicolarum jaçtantia;  
absit etiam corporalis gladius, hęc ex quorun-  
dam inter eos mente fundatus, quem æque ut  
illam sumere quidem aut suspicere, sed rueri certè  
nequeunt. Sed, si ab his ad alios pergamus, Grotiũ  
forte & Lyranũ, Ille ad Zorobabelẽ, hic ad Josuam  
omnia adplicat; uterq; ausu (nequid durius nunc  
dicam)

dicam) nimis audaci; illi tamē per omnia ferē de  
Messiā oracula receptō; cum tot actanta, quæ hīc di-  
cuntur, nudum hominem, nullibi aliās Zemach nuncu-  
patum, delineare haud possint. De futuris, non præsen-  
tibus, de gloriā longē maximā non qualicunqve, de  
Zemach, ad quem omnes è longinqvo gentes & natio-  
nes confluere debent &c. loquitur DEUS. Tentetur  
verò horum ad Zorobabilem ac Josuam accommoda-  
tio, sed solida, & patebit conatūs hujus inanitas. Deniq;  
ad Judæos si libeat calamum convertere, deprehenden-  
tur nonnulli, qui non alia, nisi quæ in antecedentibus  
memorata sunt, somniant; dum ceterorum quidam  
(quicquid etiam R. Salamo conetur, quem in terminis  
confutat R. Isaac. Abarbinel) quod h. l. extat *de Germine,*  
*de Messiā Rege* exponunt. Vide Hackspan. Not. in h. l.  
ibique ut responsum sit argumento de Messia nondum  
præfente curatius perpende Nimirum, missis aliis, ut  
ipsius & proponentis & exponentis JEHOVÆ sensum  
penetremus tandem, typum hic vides & oraculum præ-  
clarissimum de Messia, ad quem unice tot prædicata in-  
signia pertinent. Huc ergo oculos dirigite animosqve  
Vestros, quotquot dictum hoc momentosum legitis. No-  
vum erat, Prophetam agere aurifabrum; notatu dignū,  
exules ad opus, quod perficiebat ille, conferte aurum;  
uni personæ geminas imponi coronas, maxime obser-  
vandum erat. At enim, ECCE, inquit DOMINUS ex-  
ercituum, Ecce VIR ZEMACH, Ecce Vir germen no-  
men ejus! Ecce; non sibi coronatur Josua; coronatur,  
ut typus sit Ejus, sub quò, ex Judæorum familiā suò tempo-  
re oriundo, germinum omnia vigorem nanciscuntur,  
in quo Gloria, Pax & Consilium. Ecce; aperite ocu-  
los, ut in imagine spectetis venturi Redemptoris splen-  
dorem; Aperite aures; ut rem percipiatis omnium  
acceptisq;





acceptissimam dulcissimamq; Præsentatur Vobis sub  
 emblamate promissus jam pridem Messias. O adeste &  
 Dominum, rem declarantem, auscultate! Isthæc insinuat,  
 quæ declarationem auspicatur, admirationis & atten-  
 tionis particula! (vid B. Glass. Philol. sacr. p. 207.) Cete-  
 ra Messiam tum à NOMINE describunt, tum ab OFFI-  
 CIO. Nomen quod spectat, VIR ZEMACH appellatur.  
 VIR (exponente B. Hulsem. in Diss. superius alleg. M, 1.  
 10) ratione humanitatis, ut eum hominem verum na-  
 sciturum tunc, & jam natum esse, credamus &c. ZEMACH  
 tum propter veteres promissiones, ut se de nullo alio loqui  
 testetur Zacharius, quam de quò ante captivitatem vete-  
 res Prophetae sint vaticinati Es. IV, 2. Jer. XXIII. 5. tum ve-  
 rò ob illam, quæ exurgebat, ut germen terræ, ac incede-  
 bat in statu exinansionis, humilem contentamq; speciem,  
 ne quis in illo regni externi splendorem fastumq; sibi forte  
 polliceatur: tum denique ratione Divinitatis & status quo-  
 que exaltationis, quod futurus sit *Ἰσραὴλ Ἰσραὴλ*, qui non  
 tantum moriturus ut Sacerdos N. T. sed & potenter iterum  
 resurrecturus (Ps. CX. & Act. II) qui & templum spirituale,  
 ut Rex spiritualis edificaturus, h. e. Ecclesiam sibi colles-  
 cturus ac defensurus sit. conf. B. Dannh. Hodof. p. 933. Et  
 Nomen hoc Zemach antiquis Ebræis inter Nomina  
 Messia recenseri ex Hackipanio patescere potest; qui  
 B. Josuam Ben Levi affert idem Nomen Messia ex hoc lo-  
 co tribuentem (adde Tbilonem c. l.) Ne Chaldaum Pa-  
 raphrasten pluresve alios adducam. Ratio, cur ita appelle-  
 tur, in textu evidens est; nam sub eò germinabit, inquit  
 Dominus, ex eo, quasi ex Radice, sensim multitudo ramorum  
 i. e. fidelium orietur, quando is progerminaverit e loco suo  
 proprio ac in Bethlehem incarnatus fuerit; & in eò omnes  
 planta caelestes virebunt vigebuntq; Job. XV. 2, Eph. III, 16.

17.18. uti id omne pluribus eloquitur *B. Hulsem. M. 1. §.*  
12. Ceterum, OFFICII Messiani descriptio nos vocat; cu-  
jus hic tres partes constitui, videmus; quarum prima  
templi est ædificatio, non materialis, ceu Judæorum  
nugæ volunt, Haksþanii iudicio, *haud observantium  
stylum Prophetarum.* - - quò sepe à rebus U. T. & quidem  
terrenis derepente transeunt ad promissiones de Messia My-  
sticè intelligendas, indeq; retinent non raro incultu spirituale  
N. T. describendo vocabula, petita à cultu & statu Judaico)  
sed, ipso Christo *Matt. XVI. 18.* interprete, spiritualis; cum & jux-  
ta *Malach. III.* ad illud venire, non demum idem extruere debue-  
rit. Introducit igitur hic Propheta Christum velut *Architectum  
templi spiritualis, i. e. Ecclesie, in quâ DOMINUS gratiosè habitau-  
turus, electos relicturus & ad vitam æternam conservaturus sit;* utq;  
personam non minus, ac rem ipsam, de quâ sermo, amplificet,  
verbum, *adificandi* ingeminat; & hæc ad primam partem; Altera  
in specie est: Sacerdotalis ac Regii muneris executio, & sacerdo-  
talis quidem nota est, gestatio *gloriae*, quâ ad summi Pontif. in V.  
T. vestimenta alluditur; de quibus *Ex. XXVIII, 2.* extat, quod facta  
fuerint in gloriam & decorem; Regalis verò character Sessio &  
Dominium in solio, tanquam Regis & successoris æterni, Davidi,  
*2. Sam. VII. 13.* promissi, tanquam Regum Regis, constituti in  
Monte Sion. Sacerdotem verò agit Messias & in morte & intercessi-  
one; Regem, potenti suorum assertione, hostium confusione &c. de  
quibus videnda systemata passim: nam & de alterâ hæc pauca licet  
per tempus festinans adponere. Tertia pars: Harmonica pacis  
constitutio est: dum omnia sua Sacerdos illè & Rex æternus eò in-  
tendit consilia ut pacem inter DEUM & humanum genus constituat;  
unde & permittit DEUS, quod antea non factum (*2. Paral. XXVI,  
19.*) ut utrumq; hoc officium in Christo concurreret, in quò etiam &  
per quem Reges & Sacerdotes spirituales facti sumus (*Apoc. 1 6.*). Tot  
admiranda, tam momentosa unicum hoc de Messia oraculum suppe-  
ditat. O beatos Nos, in quibus, id quod de accessu ad Ecclesiam pol-  
licetur Dominus, impletum salutariter est. *Aberamus eheu longè  
ab his mysteriis, factum est divina gratia, ut propius accesserimus:  
vel non amplius hospites simus & advena, sed cives sanctorum & DEI,  
Nostris Domestici. Ephes. II, 13.* Neque umbra saltem nostris oculis  
objicitur; ad remota ducens, *Adest lumens; adest VIR GERMANI;* sub  
quò

quò germinamus, à quò succum trahimus, in quò unice viremus,  
 nitens. Est ipse, *memoriale verū in templo* DOMINI; est spes nostra  
 ac fiducia! O quàm latos igitur Nos esse attentosque decet, quos  
 tantâ lætitiâ affectit, tam clementer respexit DOMINUS, SALUTA-  
 RE Nostrum. Adeste! Fit ad Vos verbum DOMINI, ò CIVES Aca-  
 demici, honoratissimi, æstimatissimi; ad Vos, qui de terrâ impura in  
 Christo pretiosiores aurò facti estis; redempti non auro aut argen-  
 to, sed mundante Vos ab omnibus peccatis SALVATORIS san-  
 guine. Adeste; ut spectetis coronatum non Josuam quendam &  
 typum, sed JESUM, antitypum, UINCTUM, REGEM & SACER-  
 DOTE M Vestrum, PACIS PRINCIPEM, PATREM & AUXILI-  
 ATOREM æternum. Vos ipsos sibi templa selègit; Vos ædificabit,  
 & modò ne repugnetis, exædificabit. Vobis gloriam Gloriosus  
 tribuet, Vos in Regnum suum DOMINUS Sion transferet. O Adeste!  
 & gaudete! Aperite oculos! in cunis considerandum Vobis VER-  
 BUM CARO FACTUM dabitur: Aperite aures! de gratiâ per incar-  
 nationem Nobis præstitâ informabimini. Aperite animos! ut ingre-  
 diatur, qui SALUTEM attulit, & cum ipse partus fieret, Vobis cer-  
 tissimam peperit. Adeste, ut germina Vos demonstratis Viro Ze-  
 mach, in quò veram vitæ Arborem amplecti, à quò SALUTIS o-  
 mnigenæ fructus decerpere, per quæ vestris animabus & corporibus  
 beatissimè consulere potestis. Recedant, quæ odit Dominus; præsto  
 sint, quibus delectatur PUER natus, FILIUS Datus nobis. Cogitate,  
 quid Clausula sibi Zachariani oraculi velit: *Erit autem hoc, si auditus*  
*audieritis vocem DOMINI DEI vestri*; In quâ & ipsi excitatoria No-  
 stra finimus; cogitate, & germinabitis sub Christo germine, nam vi-  
 rum Zemach ritè excipere discetis. Neque enim de quoquam vestrum  
 ambigo, ubi ad momentosa talia mentem converterit semel, quin  
 unice, per has ferias vitamque subsequenter omnem, Deo DOMI-  
 NO ac JESU SALVATORI suo, VIRO ZEMACH, gratū se ramum  
 præstare, omnistudiò, filius spiritus sancti auxilio annisurus sit. Fa-  
 xit Deus feliciter! in Sui immensi Nominis gloriam Nostramque SA-  
 LUTEM, quam ut acquireret, adumbrari non saltem & promitti,  
 sed etiam adesse & explere promissa voluit Is, cujus Natalem hodiè  
 celebramus; utinam (hæc iterum, iterumque, voveo) omnes unanimi  
 gaudio & lætitiâ! Sed scriptum impræsentiarum satis esto; cum vix  
 hæc permiserint concatenati labores, quæ interim in Dei honorem  
 & vestram excitationem publ. proponerentur ipsâ Natali  
 Domini A. MDC LXXXIII. Sub Sigillò Rectoratus.

96(0)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn742504204/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn742504204/phys_0012)

**DFG**

17.18. uti id omne pluribus eloquitur B.  
12. Ceterum, OFFICII Messiani descriptio  
jus hic tres partes constitui, videmus; quod  
templi est ædificatio, non materialis,  
nugæ volunt, Hakspanii iudicio, *baud  
stylum Prophetarum.* - - quò saps à rebus U  
terrenis derepente transeunt ad promissiones  
slicè intelligendas, indeq; retinent non raro in  
N.T. describendo vocabula, petita à cultu E  
sed, ipso Christo *Matt. XVI. 18.* interprete, spiritua  
ta *Malach. III.* ad illud venire, non demum idem  
rit. Introducit igitur hic Propheta Christum velu  
templi *spiritualis, i. e. Ecclesie, in quâ DOMINUS*  
*turus, electos, rectorus E ad vitam æternam. confer*  
personam non minus, ac rem ipsam, de quâ ser  
verbum, *adificandi* ingeminat; & hæc ad primam  
in specie est; Sacerdotalis ac Regii muneris execu  
talis quidem nota est; gestatio *gloria*, quâ ad sum  
T. vestimenta alluditur; de quibus *Ex. XXVIII, 2.* e  
fuerint in gloriam & decorem; Regalis verò cha  
Dominium in solio, tanquam Regis & successoris  
*2. Sam. VII. 13.* promissi, tanquam Regum Regis  
Monte Sion-Sacerdotem verò agit Messias & in mor  
one; Regem; potenti suorum assertionem, hostium cor  
quibus videnda systemata passim: nam & de altera  
per tempus festinans adponere. Tertia pars: H  
constitutio est: dum omnia sua Sacerdos ille & Rex  
tendit consilia ut pacem inter DEUM & humanum ge  
unde & permittit DEUS, quod antea non factum (*2.*  
*19.*) ut utrumq; hoc officium in Christo concurreret, i  
per quem Reges & Sacerdotes spirituales facti sumus  
admiranda, tam momentosa unicum hoc de Messia or  
ditur. O beatos Nos, in quibus, id quod de accessu ad I  
licetur Dominus, impletum salutariter est. *Aberam*  
*ab his mysteriis, factum est divina gratia, ut propiu*  
*ut non amplius hospites simus & advena. sed cives sand*  
Nostris Domestici. *Ephes. II. 13.* Neque umbra saltem  
objicitur; ad remota ducens, Adest lumens; adest V.

